

dignitatem, de quibus suo loco, nempe
in Silentio post clamores tractatu dicto,
satis differuimus, vnde quemlibet ad Si-
lentium illudea de causa ablegamus.

CAP. XVI.

*Quinta lex, quod literæ R. C.
Fraternitati debeant usurpa-
ri pro Symbolo characteristico
seus sigillo, quo agnoscatur.*

A Pud Ægyptios duplices fuisse literæ
rum notas accepimus, sacras, Hie-
roglyphicas à Græcis dictas, quia sacris
solis adhiberentur rebus, & sacerdotibus
cognitæ fuerint, non vulgo, & prophæ-
nas, quæ cuicunque per doctrinam inno-
tuerint: Sacræ per animalium, vegeta-
biliū aut mathematicas fiebant figu-
ras, marmoribus insculptas, velut adhuc
Romæ ad Portam populi seu S. Mariam
de Niue, & Maiorem, alibi que ex Ægy-
pto